

EPISTOLA

Bernard.in
Cantic.

Bernardus sermone 77. in Canticum
*Intuere Episcopos quomodo incedunt nitidi,
& ornatis circumamicti varietatibus. Vnde
verò hanc illis exuberare existimas rerum
affluentiam, vestium splendorem, mensa-
rum luxuriem, congeriem vasorum aureo-
rum & argenteorum, nisi de bonis sponsæ?
Inde est quod illa pauper & inops, & nuda
relinquitur, facie miseranda, inculta, hispi-
da, exanguis. Propter hæc non est hoc tempo-
re ornare sponsam, sed spoliare: non est custo-
dire, sed perdere; non est defendere, sed ex-
ponere; non est instituere, sed prostituere:
non est pascere gregem, sed mactare & de-
vorare, dicente illis Domino, quideuorant
Psal. 53. plebem meam, ut cibum panis, & quia co-
mederunt Iacob, & locum eius desolaue-
runt, &c.*

Idem Epistola 42. ad Heinricum Se-
nonens. Archiepisc. Multi non tanta fi-
ducia & alacritate currerent ad honores si
sese sentirent, & onera. Grauati profectò
metuerent, ne cum tanto labore & periculo,
quarumlibet affectarent insulas dignitatū.
Nunc verò quia sola attenditur gloria, &
non pæna, viles aestimant, & inglorios, qui
quocunque eminentiori in loco non fuerint
sublb.